

- 1) Wohl aus dem Besitz des Abbé Beat Jakob Anton Zurlauben, der sich intensiv mit der Farblehre befasste, s. Meier/Zurlaubiana 969 Nr. 54 sowie "Handschriften" 1092 Nr. 81

---

AH 89, 309-310

## 168

1651 Mai 1., Freiburg [i.Ue.]

A

SCHREIBEN<sup>1</sup> VON KONRAD IV. ZURLAUBEN, "SYNTAXISTA" [AM JESUITENKOLLEG], AN BEAT II. ZURLAUBEN, ZUG

---

"litteras vestras, quas magnis cum animi mei laetitijs nono Calendas Maias [=23. April] accepi, illasque oculis subieci, tantum admonitionis mihi dederunt, ut quamprimum (tempus male consumptum revocari haud posse) in memoriam reduxerim, me semper studijs quantum vires meae patientur studiis operam esse daturum, proposuerim, sicuti hactenus feci, ut denique in unum evadam talem, qualis summam aetatem attingens toti patriae consulere possim. Reverendus pater praefectus Petrus Reiff [=Reyff] Societatis Jesu mihi praecepit, ut nomine suo Domino parenti humillima ac gratissima obsequia sua defferrem, ac Dominam Matrem [Euphemia Honegger], Dominum fratrem meum Henricum [II. Zurlauben] qui me Friburgum usque duxit et minimam sororem [Anna Maria Zurlauben] unâ cum tota familiâ amicissime salutarem, deditque mihi munuscula haec ad Dominam Matrem, Sororem meam Annam Mariam et filiam fratris mei Landschreiber [der Freien Aemter, Beat Jakob I. Zurlauben, Maria Elisabeth Zurlauben] si adhuc apud vos [in Zug] habitet transmittenda, nempe imaginem [Mariae] Dominae Matri Jesulum [von Nazareth] autem in cunis vagientem Sorori Annae Mariae Agnos Dei autem filiae fratri mei Landschreiber, illeque se totamque societatem Jesu amplissime Domini parentis favori ac Benevolentiae comendat. Reverendus Dominus Meus, Pater [Jean] Vögeli [=Fégely], ac praeceptor meus Dominum Parentem salutent. Caeterum cum argumentum plura scribendi deficiat, penna adversatur."

- 1) Die Antwort auf diesen Brief s. AH 89/169.

---

Original, mit Siegel - AH 89, 311-312